



C
3764.

3804





DANES-PICTA.COM



Grey Scale #13

BL



GR



WH



B



R



A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19



Reuerendissimo patri et dño dño Stanislao
Tursoni: Antistiti Olomunceñ. Mathias de Miechow artium et
medicine doctor: canonicus Cracovieñ. pro sui exilitate famalatum
perpetuū cū orationibus: t celestis glorie frutionē perhenngm.



Ignissime presul: plures scriptorū orbē terrarū lucubra-
tionibus suis et elucidationib⁹ exararunt. Sarmati-
as vero tanq⁹ incognitas preteruecti dimiserunt. Qui
aut aliquicpiā de ipsis posteris scriptis carminibusue
relinquere curarunt: indistincte et antiquitate premen-
te: tanq⁹ in media nocte: obscurē dixerunt. Et quod intolerabilius
est: multa ficta et fabulas inextricabiles nusq⁹ adaptandas superad-
diderunt. Quemadmodū est q yltra Sarmatias ad oceanū septen-
trionalē: essent campi elisij: aura temperatissima: vita placidissima
et perpetua: omni amenitatem plena: at vbi multorū seculorū decursu:
senium tediosum incolis displiceret: ex ripis in oceanū seſe deinceps
sponte submersuri tediū confecte senectutis sic euasuri. Preterea po-
suerunt illis terre naſcentia ambrosia: lucco preculci et odore suavi:
incolas tanq⁹ in paradiſo confortantia: et aurum quod letificat cor
hominis ſine numero et mensura inueniū iri: griffones aves horri-
das et rapaces: homines cum equis exacerbantes atq⁹ in aera levan-
tes et deferentes: aurum effodi atq⁹ asportari prohibetes. Et ampli
us aiunt illi aſtra ſolem lunam et ceteras ſtellas: perpetuo girātes
et lucentes: dies temperatissimas ac voluptuosissimas confidere: qđ
in toto confictum est: et in rei veritate illi aut alibi nequaq⁹ repertū
ponunt et moderni frapatores thartarorū gentem terribilēt in cam-
pis ſarmatiae afiane degentē fore euiternā: a ſeculis in hanc diem in
ſcithia perſiſtentē. Cum tamen sit gens noua et aduenticia: a parti-
bus orientis ſedibus mutatis: paulo plus tricentis annis in ſarma-
tiam aſie ingressa: et antea non cognita: prout in initio huūs tracta-
tus dicam. Sed et montes alanos hiperboeos et ripheos in orbe
terrarū nominatissimos: in illis regionibus septentrionis affirma-
uerunt: et ex eis non minus famosa erupiſſe ſumina. Per Cosmo-
graphos et vates celebres scripta atq⁹ decantata. Tanaim: borile-
nem maiore et minorē: volhamq⁹ maximū fluminum declararunt:
quod cum alieni sit a vero: non abſre (experiencia docente que est
magistra dicibiliū) conſutandū et reiſciendū est: tanq⁹ prophanum
inerperteq⁹ prouulgatū. Scimus quidē et viſu cognoscimus preſa-
ta flumina tria (magna ſiquidē) Borilenē: tanaim: et volham: ex
Mokouia oriſi et desluere: minorē vero Borilenē quem Aristo-
teles diabolostenidem appellat) ex russia ſuperiori cepiſſe: et in maio



rem boristensem decurrere et ei cōmiseri. Montes aut hiperboreos ripheos: et alanos nūcipatos: illic non existere certo certius scimus et videmus: et iam predictos fluuios: ex terra plana consurrexisse ac emersisse conspicimus. Quare ut hec et complura alia in sarmatijs contenta: tue doctissime presul amplitudini: vera veraciter enarrarem: subsequentē tractatū de duabus sarmatijs ab antiquoribus minus cognitis nominibus: quibus temporib⁹ nostris nominantur: tibi domino et patroho meo semper colendissimo: scribere breuiuscule: ut res expostulabit: ad incitandū alios: qui maiora nonne- runt: et elegantiori stilo scribere facile poterunt curabo. Utq^s sicut plaga meridionalis cum gentibus adiacentibus oceano: vsq^s ad in diam: per regem Portugalie patefacta est. Sic plaga septentriona lis: cum gentibus oceano septentrionis imminentibus: et versus orientem spectantibus: per militiam et bella regis Polonie aperta: mundo pateat et clarescat. Vale deus meū: presul dignissime.

Tractatus primus libri primi.

Capitulū primum q̄ due sunt Sarmatiae.



Antiquiores duas sarmatias posuerūt: vnā in Europa: alterā in Asia: sibi nūcē coherētes et p̄tigas. In europiana sunt regiones russor seu rutenor: Lithuaniae: Moskovis adiacentes: ab occidente flumine Oule et ab oriente Tanai incluse: h̄az regionū gentes olim gete nūcupabant. In asiatica vero sarmatia: nūc cōmorant et degunt plura genera thartaror: a flumine Don seu tangi ab occidente usq; ad mare Caspiū ab oriente p̄tenta. H̄oz imperia gene logie ritus et mores latitudoq; terraz: flumina et circū circa adiacentia in subscribendis explanabuntur.

Cap. secundū de ortu et aduentu thartaror.

Canno domini millesimo ducentesimo vndeclimo: apparet grandis cometes in dieb⁹ mensis Maii: decēocto diebus durans: et supra polowcos tanaim ac russiam girans: caudā qz in occasum porrigen⁹ et aduentū thartaror significans: vnde sequenti anno gens thartaror in illa diē ignota: occiso ut fertur proprio rege David de submontibus Indie: p̄flictisq; pluribus nationib⁹ septentrionis ad polowcos venit. Polowci siquidē fuerunt gentes sc̄m latus septentrionale exini maris commanentes: ultra paludes Meotidis quos oly gothos appellat polowci aut lingua rutenor sonat et interpretantur venatici seu rapaces: quia se numero inuidentes eos spoliabant et bona ipsorū rapiebant atq; abducebāt: quemadmodū et thartarorū h̄ic temporibus faciunt. Itaq; thartaris ingredientibus terras polowconū postularunt per ambasiam ipsos principes rutenorū: vniuersis copijs et potētijs se adiuuari: quoniam par exitium et discrūmen eos sicut et polowcos expectaret. Superuenierunt aut et thartarorū nūcij denuntiantes ducibus rusie: ne immisererent sese bello et adiutorio polowconū: sed potius extermīnū eorum tanq; aduersarioz procurarent. Russite verū immaturo usq; consilio: nūcij thartarorū cōprehensis et occisis perrexerunt exercitualiter polowcis in adiutoriū: terra mariq; videlicet Mscilauis romanovic cū militia Kionien: Mscilauis mscilauic cum militia Malicien. Itē ceteri ducēs Russie wladimir rurikouic: ducēs cirneouien et ducēs Smolnēses. Iuctiq; exercitui oīm polowconū peruenērūt in pro tolce: et abinde singuli ascensis equis venerūt duodecim statuīs ad

Tractatus primus

flumiū Kalcza: ubi iam thartari castra metati fuerunt: et illico respi-
randi spacio non dato thartari in eos irruerūt: et proutis ac diffugi-
entibus polowcis acies rutenorum disiunctur plurimorum cede pacta
bini duces Mscisslaus Kionien et cirneonien captiuerūt. Reliqui fu-
gientes ab hominabile dictu a polowcis sociis per quos terrā fugā
maturabat trucidabantur. Equites quoque propter equos: pedites
propter vestes occidebant et in aquis suffocabant. In illa ergo die
Rutenui in pessimum horrendum inciderunt periculum quale in terris
russienniq; auditum est. Eaqz prima clades extitit quā ruteni a tar-
taris pertulerūt. Mscisslaus aut mscisslaui Halicien dux dum ad na-
ves fugiendo peruenisset: superatis flumijs persecutionē thartarorum
veritus naues abrumpi precepit: abindeqz fugax in Halic pauore
et trepidatione plenus puenit. Vladimirus aut rurikouic fuga et ipse
saluatus in Kiow pueniēs: sedē accepit Kionien. Alia vero omnis
multitudo rutenorum dum ad naues fugiendo peruenisset et eas abrup-
tas offendisset in merore versa: dum vindas tranare non posset fame
ostibescens illic presumpta est preter paucos duces et aliquos eoz mi-
litēs: qui i lembis flumios traicerūt. Preterea anno dñi millesimo
ducentesimo vigesimo octauo: in maxima multitudine thartari rus-
siam ingrediētes vniuersam terrā ūsanskā vastauerūt: ducē occide-
runt senes et impuberēs necauerūt: reliquā multitudinē in captiu-
tatem abduxerūt castra incenderūt. Iterū hieme eiusdem anni vene-
runt thartari in terrā Susdalor et ea vniuersa vastata: ducē Geor-
giū et filios eius: pluresqz alios Susdalor principes interfecerunt
castrum Rostovo inciderunt captiuos et predā pro libito abduxer-
unt. Sequenti quoque anno in Smolnensem et cirneonien regio-
nes venientes: eas crudelissima cede nulli etati parcentes per vastaa-
uerunt castra et fortalitiae ex quibus duces et milites per timore fuge-
rant incenderunt: et onusti captiuorum multitudine in terras suas
redierunt.

Capitulū tertium de crudeli vastatione Polonie et Hungarie per thartaros.

Dicitur predicta thartarorum horrenda vastatio ex ordine
narrationis subiectenda est. Anno dñi millesimo du-
centesimo quadragesimo primo. Thartari in Russiam
venerunt: et Kiow amplissimā urbē et metropolim ru-
tenorum magnifice obstructā funditus deleuerunt. Ha-
buit siquidē prefata urbs portas et turres firmiter edificatas: et ali-
o iij

Tractatus primus

• quarum portar tecta deaurata et splendentia: habuit et usq; nunc habet Metropolitanus de ritu Rutenorum seu grecorum: plurimus et ladis et episcopis a Danubio per Moldauam valachiam russiam et moskoviam presidente: in Rionia iam post destructionem non resident. Habuit insuper ecclesias supra tricentas ornatisimas: quaz aliqui in campus inter vepres et arbusta in hanc diem permanet et stat de solate pro latibulis ferat: ex quibus bine ecclesie videlicet s. Marie et s. Michaelis aliquas laminas tecti adhuc tenet deauratas: quas thartari predatu venientes et insipientes Altum bassina vocant: altum bassina, i.e. aureum caput habentes: quod partem tecti deaurati habent. Hac vero tempestate in monte ubi olim castrum Rionien sitabat: Lithuanus domini illius loci: fortalicium amplius de roboribus et lignis extraxerunt et tenent. Itaque tota Russia cum sua metropoli et Podolia omniquaque pessundata. Bathus thartarorum imperator volens Hungariam ingredi: misit ducem Petrum nomine: cum magno exercitu vastando Poloniam. Aliunt Poloni Bathum regem thartarorum poloniam Silesiam et Moriam vastasse. Dicitur tamen historia eorum: sic et cronica hungarorum referunt Bathum non fuisse in Polonia sed dominus ipsius: qui trucidatis tirannis et principibus Rutenorum: receptaque preda in opidum Lublin et Zawichost: vicinisque eorum: reduxerunt eam in Russiam: festinanterque redirentes: expugnauerunt Sandomiriensem castro. Illicque occiderunt abbatem pokrovicen cum fratribus eius et magni numeri viri usque sexus nobilium et ignobilium virorum ac matronarum: ad periuandam vitam sandomiriam collectorum. Inde exirentes per Silicam in Skarbimiriensem venerunt et reuertebant preda deducturi in russiam. Dumque statim tenerent ad fluminum carnem: apud villam que maior tharsko vocatur: irruit in eos Vladimirus Cracoviensis palatinus cum militibus Cracoviensibus. Obi inter pugnandum ois capti: multitudo diffugiens: in propinquas silvas se recepit: superati tamen sunt pauci a multis. Vladimirus palatinus Cracoviensis cum suis a thartaris: verum strage suorum perculsi thartari per silvam Stremoniam in russiam recesserunt et in supplementum accersit: plurimi thartaris cum fremitu terra in Poloniam redierunt: et quia maximus exercitus habuerunt ad Sandomiriensem peruenientes bifariam dimiserunt eum: minoremque exercitum in Lancitiam Siradiam et Kuiamiam destinaverunt cum principe Ladano quem Poloni Laydanum nuncupant: quod nullo obice apparente vastarunt crudelissime illos districtus cedibus atque igne. Maior autem exercitus thartarorum cuius ductor fuit peta thartarorum princeps versus Cracoviam iuit: oem oram transitui propinquam cede et incendio pernastans. Occurrunt ergo ei in villa

Libri primi

Ebmelik prope opidū Sidloro: Vladimirus palatinus: clemens castellanus Cracoviensis: Pacoslau palatinus Jacobus raciborovic castellanus sandomiriensis: cum nobilibus et militibus Cracoviensi et Sandomiriensi. Et facto pfectu cum una turma thartarorum ipsorum attrita: pede referente: et ad alterā prestantiorē turmā sese divertente poloni certamine priori fessi pauci a plurimis aduerso pectore pīos si ceciderunt: reliqui vero in fugam consersti per itinera nota evaserunt. Ecederunt in eo pfectu desiderati Crisinius sulkouic de nyed uo: nicolaus vitouic: albertus stampotic: Zemeta: Brambina sulis laus: milites strenui et alijs plures validi. Ex quo strage tātus paucorū irrepit ut alijs in alias regiones fugerent: agrestes vero cū pignoribus et pecoribus in paludes et silvas et in innia se cōderent. Sed et Boleslaus pudicus dux Cracovie et Sandomirie cum Grzimilla ua matre et Kinga piuge sua primū versus Hungariā in castrū pī enī de prope opidū Sandec postea vero in moravia ad monastēriū cistertien effugit. Thartari aut̄ post cladē apud Ebmelik peractam Cracoviā in die cinerū venerantur: et eam vacuā hoības uiuenientes omnes siquidē in abdita diffugerant) in ecclesiās et domos incendio seuerint. Ecclesiām vero sancti andree tunc extra muros Cracoviē extantē: vallantes oppugnabant: expugnare tñ non valuerunt qm̄ pluribus polonis magna vi et fortitudine se et sua illic defendentibus irrito cepto recesserunt et in Vratislauia perreverunt: quam similiter ut Cracoviā desertatā habitatoribus: sed et pflagranti habitationibus reperientes (cū etenim Vratislauensem pauore pīternat: fere omnibus relictis: preciosioribus dumtaxat festine rapta fugā inierunt: quod gentes ducis Henrici de arte videntes descederunt et opes cū victualibus in arcem inducētes urbe cū tectis eius flāmis exasserrant: et thartari in urbe nil reperiētes) castrū vallarunt: et post aliquot dies obsidionē soluentes (ut aiunt orationibus et lachrimis Lessai prioris ordinis predicatorum et fratrū eius in castrū admissoꝝ depulsi) recesserunt. Interiq̄ feria scđa pasce thartaris qui Kuiātiā vastauerunt supernenientibus simul iuncti in legnicam profecti sunt. Dicit etenim Henricus scđus sancte heduijs filius per illud tempus ibi collegerat gentes et armigeros: tam nobiles qđ agrestes maioris Polonie et Slesie. Aduenerat et principes cum suis militibus Myczlaus Kazimirides dux Opoliensis: Boleslaus filius Depoldi marchionis moraviae expulsi: qui Sepiolka cognominatus est: et Pompo de Mosterno magister cruciferorum de Prussia cū fratribꝝ sui ordinis: insip et cruce signati plures. Cū qđ ex opido Legnicen diceret agmina et ea obequitaret: lapis de sum-

Tractatus primus

mitate ecclesie beate Marie decidit: parvusq; absuit qm caput ducis Henrici non dirupit: qd reuera infastu omen fuit. Suburbana itaq; opidi Legnici ptergessus: quatuor acies instruxit et ordina uit. Primam de cruce signatis voluntarijs et de aurifosoribus opidi goltberk: alijsq; pegrinis militibus hac Boleslaus syepiolka filius marchionis moravie dicebat. Altera acies fuit militu cracovi en et maioris Polonie hanc Sulisslaus frater Vladimiri olim palatini Cracoviensis circa chmylik occisi ductitauit. Tertiā acie gubernauit Myeclaus dux opoliensis i qua erat milites opoliensis: et pompo magister prussic cu fratrib; et militia sua. Quartā acie ipsemet dux henricus ex pstatiorib; militib; Slesie et maioris polonie ac pcio aductis militib; rexit. Totidē erat thartarorum agmina: sed robore et frequētia pugnatorum prestatoria: ita ut vnu agmen eoz oia polonoꝝ agmina excederet. In capo igit qui bonus campus dicitur: porre cto et in oes ptes lato vterq; exercit⁹ qnto idus aprilis: alias feria scda post octauas pasce puenit. Primūq; cruce signatorum et aurifosorum exercitus cu thartariorum magno impetu pgressus: velut tenere ari ste a grandine pculle: a sagittis thartaricis obtritus est. Deinde duo agmina sub gubernatiōe Sulissai militis et Myeclai ducis Opoli en pstatetia: pugnare cu tribus thartarorum agminibus ingressi valdam in thartaris strage ediderunt: ita ut pede referrent et fugam ini rent. Quidā aut celerrimo cursu circa vtrūq; exercitū discurrens terribili voce clamauit: Byegayce byegayce: quod sonat: fugite fugite. Polonis terrorē incitias. Quā vocē Myeclaus dux Opoliensis audiens: deserto prelio fugit et secū magnā partē militū traxit. Quod videns dux Henricus ingemiscens dixit: Horū se nam staloji. pei⁹ et moleste nobis accidit. Inducensq; suā quartā aciem fortissimorum militū: tres acies thartarorum a duabus aciebus Polonoꝝ disiectas prostravit et in fugam conuertit: Quarta aut acies thartarorum et maioris omnium cum suo duce Peta superueniens: horribili impetu bellum intulit: et bellum acerrimum inter vtrōsq; durauit: magnaq; ex parte thartaris cesis et in fugam spectantibus: quidam thartarorum vexillifer valde magnum ferens vexillum: in quo chi littera greca de picta erat: talis et in summitate hostilis imago tetrici et nigerimi coloris cum barba prolixa: cepit incantando fortiter caput imaginis quatere. Ex quo illico fumus et nebula horrendi et intolerabilis fetoris in Polonos diffusa est ut pene exanimati et inualidi ad bellum redderentur. Clamore itaque horrendo elevato in Polonos Thartarus exercitus conuersus: acies eorum que interim integre erant dirupit et eas magna strage affect.



Libri primi

In qua dux Boleslans filius marchionis Moravie dictus syepiolkas: et Pompo magister cruciferoz de Prussia cum multis insignibus militibus necati sunt. Dux vero henricus corona a thartaris circumfusus est ut a tergo et fronte cederet: iamque ad extremum circa eum non nisi quatuor milites versabantur. Sulislans frater olim Vladimiri palatini Cracoviensis. Clemens palatinus Glogoviensis. Conradus konrathonicus et Ioannes iwanowicz: qui quanta potuerunt vi et conatu principe Henricum ex prelio educentes: ad fugiendum disponebant: sed ducis equus sanctiatus subsistebat: thartari igit veloci cursu consecutum cum tribus prefatis militibus: quarto Joanne iwanowic ab eis segregato vallauerunt: cum quibus aliquanto tempore decertabat. Joannes vero Iwanowicz equum recente a Roscius aulico ducali receptum: penetratis hostium cuneis duci administravit. Quo ascenso dux sequebat Joanne Iwanowicz: viam per medios hostes ei parantem. Ipsoque in cursu vulnerato et evadente dux Henricus intercipitur: et tertio circumvallatur: dumque andacissime contra thartaros dimicaret: et manus sinistra eleuata thartarum sibi obuium seriret: ab altero thartaro lancea sub ascella transfixus: et equo demissio brachio moribundus defluxit quem thartari ingenti strepitum inconditam vocum facto capiunt: et extra locum certaminis quantu[m] esset geminatus baliste iactus pertractum: framea caput abscederunt: corpusque insignibus omnibus despoliatum nudum reliquerunt. Occisa est in eo prelio multitudo nobilium Polonie: inter quos clari et insignes fuerunt Sulislans frater Vladimiri palatini Cracoviensis Clemens palatinus Glogoviensis. Conradus konrathonicus. Stephanus de Virbna et Andreas filius eius. Clemens filius Andree de Pelcznicza. Thomas pyotrkonowicz. Petrus kussa et ceteri. Corp[us] ducis Henrici post cladem in sexto digito sinistri pedis vir cognitus: ei repertum per Annam coniugem eius in medio chori ecclesie sancti Jacobi apud fratres minores Vratissalanie sepultum est. Pomponis vero magistri Prussie et militum insigniorum super expressorum: in eodem monasterio s. Jacobi Vratissalanie corpora tumulata sunt. Boleslai autem filii marchionis moravie funus in Lubens in choro conuersorum humatum est super cetera corpora fidelium in loco prelii sepulta. Ecclesia in hanc die durans constructa est. Marina victoria de duce Henrico et Polonis thartari potiti: lectis spolijs vniuersaque interemptorum vnam auricula abscederunt: et noue saccos grandes ad sciendu[m] numerum occisorum repleuerunt. Ducus autem Henrici capite in longiori basta erecto ad castrum Leguica: Epidum enim metu thartarorum exstremum fuerat applicerunt. Mandantes ut duce eorum occiso: castrum

Tractatus primus

Eis aperirent. Castrenibus conuenienter respondentibus: q̄ pro vno duce occiso plures duces filios occisi haberent. Illi vero circa Legnicę vastatis et incensis villis: in Othmuhoro se receperunt: vbi quindecim diebus stativa continuando: omnem regionem per circuitū vastauerunt. Exinde Ratiborien oram adeentes in Bolesiskō octo diebus cōmorati in Morauia secesserunt: et Venceslao rege Bohemie in castris se continebat: eam plusq; vno mense incendis et cedibus vastauerunt: ab Olomunc septimis castris in Hungariam peruenierunt: et maiori horde ipsius Bathi que Hungariā intrauerat sese consociaverunt.

Capitulū quartū de cruenta vastatione Hungarie per Bathi imperatorem Thartarorum.

Bathi vastataz ad nihilū redacta Russia. Hungariā cum quinques centum milibus ingredi cōtendebat resolute ergo inter montes Sarmaticos: et in clausa dicta Russie introitū prohibente. Comitem palatinum Hungarie a Bela quarto rege hungarie cū gentibus missum prefatus Bathi obruit et expugnauit: festinanter q̄ exurendo opida et villas ad Ticiā fluminā qui vulgariter Līsa appellat: ex montibus Sarmaticis versus meridiē in Danubiu fluente peruenit. Et exinde gentes thartaroz excurrentes. Vaciā cum sua cathedrali ecclesia vastauerunt et incenderunt. Ad Pest quoq; ybi rex bella quartus exercitū p̄tra thartaros colligebat ibant et redibant: aliquando appropinquando: nō nunquam vero fugiendo: prout est mos pugnandi thartaris. Cumq; copiosum exercitū: tam ex nobilibus q̄ spiritualibus rex Bela coadunauerat: aduersus thartaros procedēs ad fluminā Ticiā applicuit et castra metatus est: adhibitaq; custodia mille armatoroz ad pontē: putabat thartaros non transire fluminū: qm altus est: limosus multū et impermeabilis: thartari aut̄ qui multo maiores flumios transierant inuenio vado Ticiā in nocte transiatarunt: et in aurora exercitū Hungaroroz cum Bela rege eoz vindiq; circūdederūt: missisq; densis et quasi insintis sagittis velut cū grando nebulosus ac densus cū fragore descendit) hungaros perturbarunt: multos occidendo plurimos vero vulnusando. Hungari ergo veluti impreparati et absq; ordine traenientes cadebant. Quod alij videntes: meticulosi clam discedebat et fugiebant: thartari vero tanq; astuti: sinebat eos per mediū sui trāsire. Unde Colomānius frater regis: sic et rex Bela quartus tanq; igno-

Libri primi

ti evaserunt. Reliquos vero adclusos thartari crudelissime ad unū necauerunt. Inter quos spirituales maiores ceciderunt: Mathias Strigonensis archiepiscopus: Ogolinus Loloceñ archieps. Seorgius eps Iaurieñ. Reynaldus eps Trassiluanen. et ecclē Nitri enis eps. Nicolaus Scibinien prepositus vicecancellarius regis. Eradius archidiaconus Bachiens: magister Albertus Strigoniū archidiaconus. De alijs autē secularibus nobilibus et ignobilibus fere infiniti occisi sunt: et qui fugerant psecuti in vijs necati iacerunt. In pele etiā multi plebani collecti in ore gladij superuenientibus thartaris perierunt. Rex autē Bela qrtus ppe fugit ad metas Austrie: ubi captus et detentus fuit per duce austrie: tandem dimissus ad reginā pungē suā puenerē: secessit in Slavoniā illic usq ad psecutionē Ladan cōmoratus: vastata itaqz Hungaria ex via pte Danubij in hieme prima gelato Danubio in partē alterā penetraverunt et sedes int Iaurinū et Strigoniu fixerunt: ubi in hanc diē fosse et tumuli habitationis eoz cernunt. Ex quo loco p̄fata trans danubia regione spolijs incēdis et occasionibus crudelissime affligerunt. Cumqz in thartariā secedere apponeret: dūiso exercitū principis Ladan aduersus regē Belā in slauotia dūerit. A facie cuius territus rex ad mare: tandem ad Polam ciuitatē fugit. Ladan autē quēadmodū cum Bathi p̄stinerat: ptransiit et vastatis Bosnai: Seruia: et Bulgaria: substatit circa danubium: donec horda impatoris Bathi supveniret. At Bathi post discessum Ladan vallavit et expugnauit Strigoniu urbē illa tempestate notabilē: cuius incole erant variū mercatores Almani: Gallici: et Italici: et qā thelauros quos thartari expetebāt in terra suffoderat et occuluerat iuxco oēs necauerunt: nulli serni nulliqz etati parentes. Destructaqz Strigonio secus Danubium transegit ad exercitū principis Ladan opītem et expectantē puenerunt. Tandem iuxta paludes Meotidis via priori in thartariā abierunt. Tempus autē quis thartari Hungariā affixerunt et multumode vastauerunt: ex fere biennium.

Capitulū qrtū quoddam Innocentius papa qrtus misit ad Cham thartarorū ne christianos psequere ref: et quomodo fidē Machometi suscepit.

Iscendentibus thartaris tota Europa tremuit: et principes christianorū timore perculti: ne redirent consulebant invicem. Innocentius quoqz papa quartus ex concilio Lugdunē fratrem Ascelinum ordinis predicatororū cū pluribus fratribus eiusdem et aliorū ordinū ad eos misit. Anno dñi. M. c. xlvi. qui per almaniam et Bohemiā in

Tractatus primus

Bratislaniā venit: exceptusqz & venerat⁹ est a Boleslaeo slesie & Vra
tislanie duce. Exinde transiēs ad Lancitiā peruenit: a Conrado du-
ce Mazouie cum suis recollectus & hospitatus. Dehinc ad Craconī
am deductus a Boleslaeo pudico: a genitriceqz eius Grimislana & a
Prandotha ordinario loci benigne suscep⁹ & habiti sunt: pluribus
pellib⁹ subtilibus prouisi⁹: supra id q̄ proprio ere potuerunt emere
quoniam principes thartaroz sine munere adire: nephas est. Tulit
aut̄ fortuna vt esset apud Boleslaū pudičū principē Craconie atqz
Sandomirie: Vasylko princeps Russie: nepos matris sue: huic ita
qz contendati: in Russiam per ipsum deducti sunt: ad Kiowia vero
venientes: equos acquisierunt pro conditione terraz thartaroz va-
lentes: qui pedibus aquā & pabulū sub nimib⁹ sibi quererēt. Tana-
dem ex Kiow procedentes plures duces thartaroz pertransierunt
donec ad Cham seu imperatorē thartaroz applicuerunt. Lui legati
one domini pape Innocentij quarti exposita: postulauerunt vt dedi-
vniuersor agnosceret atqz coleret: & eum quem misit iesum christū:
vtqz gentem chris̄ianā crudeli nece queadmodū fecit in Polonia
Hungaria & Moravia non perderet. Et accepto responso: q̄ Chā
per quinquennium gentē chris̄ianā non inuaderet: per eandē viam
ad dominū apostolici cū litteris imperatoris thartaroz redierūt.
Habes in speculo historiali Vincentij libro. xxii. hanc historiam:
quam caute legas necesse est: quoniam in aliquibus supersticioſa est.
Post discessum legatorū chris̄ianorū superiuenerunt legati sarraceno-
rum persuadentes thartaris vt sectā & fidē Machometi acceptarēt
tanqz faciliore tolerabiliorē: voluptatibus plenā: virisq̄ bellige-
ris coptentiorē. Christianorū aut̄ religionē confutando dicebant
esse ociosorū: imbecilliorū: & idolatrā: imagines coletiū. Sarrace-
norū vero legē multis utilitatibus atqz voluptatibus refertā: & ce-
teraz religionū vi & armis expugnatriē: vt superbos debellarer: hu-
miliatis vero tributū p̄stitueret. Placuit barbaris & ipsi primū im-
peratori Bathi & omnibus thartaris tanqz viris cordosis andaci-
bus & sensualibus persuasio sarracenorū. Ideo illā & non alterā su-
sciperunt: & eū dicant Eissa Rocholla. i. Jesus est spiritus dñi.
Machomet vero roſſolai. Machomet est iusticia dei. Moluerunt
spiritū dei Jesum benedictū spiritualiter vivere docente acceptare:
sed iusticiā dei: hoc est Machomet carnaliter & tanqz bestiano sensu
alem in spūcītis volutantē. Ab omnipotenti deo iuste in lacu pe-
narum die ac nocte cruciā amplxati sunt. Itaqz extunc velut et
nunc Machometū venerātes sequuntur. Pentatheuco Moissi obe-
diunt: circūciduntur & legalia obseruant: campanis carēt: sed quot-

Libri primi

tidie labi illo illoloh quod in latino sonat. Non est dens nisi vno
deus clamat: ingenui sese profidentur Ismaelitas: quia de ismael
ortos: christianos vero dimitis. i. paganos et gaur. i. infideles et si-
ne religione appellati. Celebrant velut alii sarraceni: tria in anno se-
sta: primu muioram. i. oblationis pascha: in memoriam oblationis Isaiae
quando abraam multaz gentium pater precepto dei ipsum necare et
offerre proposuerat. In isto festo offerunt arletes aves alites, et c.
Aliud festum colunt pro animabus: tunc visitant sepulchra suorum ma-
iorum operibus misericordie insistunt: et alunt pauperes. Tertium festum
agunt pro se sua quod salutem. Pro primo festo rite peragendo triginta
diebus ieiunant: pro altero uno mense: pro tertio duodecim diebus.

Capitulum sextum de moribus thartarorum: et de contentis in terra eorum.

Hartari sunt homines ut frequenter stature medie pes
et ore et scapulis ampli: facie lati: naso sumi: colore terti
et deserto: robusti viribus et fortes: sanguinem frigus et
estomachum facile patentes. Equitatu ab inveniente etate et arte
sagittandi gaudentes. Omnia sua secundum ducunt: vagi et
instabiles loco cum viroribus pueris atque pecoribus in campis degunt.
Limitates villas et domos non habent. Pro hyeme ad releuandum a
frigore ad mare Caspium diuertunt: quoniam illuc ratione mari temperie aeris inueniunt. Ad estate in suam regionem rediunt. Aliqui
eorum unam porcam: duas: tres ve in longum per ingera tristis: quatuor et
ultra sulcant arant: et millio seminant: inde cibos et Bairam. i. pa-
stas faciunt. Non habent frumentum nec aliquid aliud legumen: pe-
cora et pecudes plurimas tenent: precipue caballos et cabellas pro
equitatu et victu valentes. Incidunt et vulnerant equos crinorumque
et perse et cum millio voratis carnes pecudum pecorum et equorum comedunt
etiam semicrudas. Caballos pridie tum sponte tum mortu-
os exciso loco apostemato perliberter comedunt. Bibunt aquam lacum
et terram ex milio coctam. Aquam thurci et thartari vocant (S)u) in
terdum thartari dicunt (Subha) et est aqua. Ceruissam autem miliarum seu
ex milio factam (Buzam) nominant: eandem Ruteni (Bracha) vocat.
Laudat lac presertim Romiz: et acetosum: eo quod stomachum eorum con-
fortet et medicinam purgativam faciat. In coniuicis et cum hospitiis
adueniuntur bibunt carakad quod est lac sublimatum quod mirabiliter
et cito inebriat. Non surantur neque fures inter se patiuntur: rapto

Liber primus

tamen vivere vicinos spoliando periculandū et deſſicū eſt apud eos.
Non ſunt artificia inter eos: nec pecunie: ſed res pro rebus cōmuſtant. Verū in horda Zauolhenſi: incepertnt aspros. i. argenteos obolos thurcorū accipere et tenere. In horda vero Prekopēn ducaſtos acceptant. In horda Mohaifka res pro rebus dant: vafri et perfidi ſunt exteris: ſibyñuicē vero et ſuis oībus fideliſſimi. Indumenta ſepenumero ex filtro et lana alba grotſſe et plane facta gerūt.
Oppone plurimum diligunt: in expreſſione huius noīis preponunt. I. ioponce et non oppone nuncupantes: et eſt pallium album ſpissum inconsutile pro imbribus et flumis bene utile. Terra eoz terra plana et abq; montibus abq; lignis et arboribus: graminib; dum tarat abundans. Dias non habent: neq; nauigia: ſed per dies iter ſuū cōputant: ut terra Zauolhenſiū thartarorū citiſſime equitationis a flumine Volba ad mare Caspiū eſt quāſi triginta dierū: eq̄tant vna die viginti miliaria magna germanica: pedibus nō gra diuntur nec itinerant. Sere apud eos reveriunt: ceruēdame: dorce: et ſnak: et animal q̄ntitatis ouis: in terris alijs no yſum: lana griseum: duo parua cornua habēs: curſu velocissimū: et eſu carnū eius ſuauiflum. Et dum grec ſnak in altq; eāpo inter gramina cōſpiciat Cham ſeu impator thartarorū cū ſuoꝝ multitudine equeſtres vadūt: et om̄iquaꝝ circūdant in altissimis graminib; delitescētes. Dūq; timpanis incipiūt ſonare: tunc ſnak tanq; metu percule rapidissime hinc atq; illinc: ab vna parte circumſtantū ad alterā pcurrūt: et iterū atq; iterū decurſando vadūt: vſq; quo fatigati deficiant: tūc irruentibus thartaris cum clamore occiduntur.

Capitulū septimum de finib; et metis thartarorum Zauolhenſium.

Cauditur terra Cham et thartarorū Zauolhenſium: ab ortu ſolis mari Caspio ſeu H̄rcano. A septentrione campis longiſſime latiſſimeq; ptensis. Ab occaſu fluminib; Tanai et Volba. A meridie partim mari Euxino ſeu ponti: partim a tiffimis montibus Iberie et Albanie: mare Caspiū vocant Ruteni. Chwales ke more et eſt mare non ab oceano: ſed a fluminib; illic deſtuentib; agestū: flunt multa ac magna flumina in alueariū illius maris: de rippis altis: impetuose et quāſi per saltū ex alto in mediū deſcentib; et in ritta rippas ſub ipſas trāſeuntib; iter prebentib; Onde fit ut ibi

De sarmatia asiana

In estate a Persis et Medis refrigerium querat: et in hyeme rōe enapo rationū tēperies p̄flat. Iuxta illud mare et post ad orientē vt rute ni p̄ferūt: sunt thartari criniti q̄s thartari Kalmuchi et paganos nuncupant: qm̄ ritū machometicū nō colūt: nec crines capitis ab radūt: quēadmodū thartari oēs radūt: preter adolescentes q̄ rasa coma: binos radios crinū ab aure dextra et aliū a sinistra usq; in brachia p̄minētes: in signū inubilitatis aut virginitatis relinquūt. Ab occasu sunt flumina Tanais et Volha: tanaim thartari Don appellant: q̄ scđm fontes suos ex ducatu Rzesensko a duce Mosko uie occupato: versus septentrionē fluit. Post flectit in meridiē: et tribus hostijs paludes Meotides ingredit: immo ipse paludes meotidas causat. Sunt iam circa tanaim arbores: pomaq; et aliū fructū. Sunt et mellifacia querçana nōnulla et pauciora de pino. Inde est q̄ thartari sanctū Don dicūt: qa iuxta illū vīctū ex fructibus melle et piscibus reperiūt. Volha fluuius thartarice Edel nuncupatus: ex Moskouia p̄fluit ex fontibus septentrionalioribus et occidentalioribus q̄ Tanais: qui cū ad septentrionē fluueret longo tanaim circuens intergallo: deflectit in orientē et meridiē et viginti qnq; hostijs seu fluminib; in mare Euxinū delabit. Distat tanais a volba qnq; hebdomadarū itinere: ad minus veloci cursu triū hebdomadarū eq̄tatione vel plus. Et est volha in triplo maior q̄ Don: vigintiq; aut partitioes seu p̄icularia flumina ipsius volhe sunt magna: minora aut ex eis sunt tanta: q̄ntus tiberis Rome aut vis la post Craconia: sunt multum p̄fisi prefati flumij ita q̄ framea thartari: ceteriq; transantes in rippa stando: pisces cū aq̄ decurentes secēt et tollat. Et iuxta hos flumios tanaim et volha air. i. calamis aromaticis q̄ brostworce dicāt: in maxima copia. Ibidem reupontū qd̄ thartari nomināt (anirement) crescit: et anireuent nomen est p̄scū. Itē (Kucilabuka) vel vt aliū exprimūt kilcabuhaz: et in latino sonat oculus cornicis: et multe calefactionis. De ortu horū fluminū don et edel: cum de Moskouia tractauero clariss dicā. Quotiēs aut thartari Zauolhenses in terras nostras spolia tum ire vadunt: per hec et alia flumina absq; nauigio alligatis sarcinis desuper: p̄ungibusq; et pueris in dorsis equorū sedētibus: ipsi met caudas caballoz tenēte. Transnatāt: et rapinas crudelitatesq; plurimas inserunt. Ad meridiē versus mare Caspiū sunt montes Iberie et Albaniæ: quos Rutenia gente (Pyaciborsci cirkaci) quas si quinq; montani cirkaci vocat. Inter illos siquidē mōtes sunt Bazarorum gentes: quas vt vestra Moranica legenda deponit

Tractatus primus

Sanctus Cirillus et Metudius fratres: per Michaelem imperatorem
Constantinopolitanum missi: ad fidem christi puererunt: et usque hunc si-
dem et ritum grecorum profiteruntur: sunt homines bellicosi: in tota asia
et Egipto acceptabiles: apud hos thartari Zanolhenses tela comparant
Verum hac etate greci illas gentes Abgazari: et abgazeli nominant:
et vicine iuxta illos sunt gentes Circassii et Mengrelli: omnes de ris-
tu greco per beatum Cirullum in fidem christi reducte. Inde sanctus Ci-
rillus rediens ex mari expino seu pontico (in quo omnipotens de-
us mirabilis et gloriosus in sanctis suis: dederat habitaculum et ecclae-
siam marmoream per manus angelorum sancto Clementi structam: qua
singulis annis in festo. s. clementis et septem diebus: mari recedente et
siccato: secure circumsiti incole aggrediebant: sanctum dei venerando co-
lendo et extollendo) sustulit corpus sancti clementis et in Moravia
predicaturus christum dominum secum tulit et asportauit. Deinde Romam
euocatus et per papam Nicolaum citatus: predictum corpus. s. cle-
mentis Romam detulit et in ecclesia. s. clementis honorifice depositum
Ipse Cirillus cum Attundo fratre in eadē basilica beati clementis
Rome sepulti sed non sunt reperta ossa illorum per tuam R. P. summe
desiderata in eadē basilica quesita. Ex montibus Circassorum pyaci-
horski: seu quinq[ue] montium fluit magnus flumen Tark in thartari-
co nuncupatus: rapidissimo cursu lapides secum voluens et multos
pisces: in mare Caspium desultus. Post hunc ex eisdem montibus flumen
Lohan minor quam Tark in prenominatum mare caspium descendit.

Capitulum octavum de genelogia imperatorum trans Volham incoleatum.

Chaturor sunt horde thartarorum: totidem imperatores eo-
rundem: scilicet horda Zanolhensis: horda Precopensis
horda Losanensis: et quarta horda Mohacensis: quin
tamque addunt que imperatore non tenet et nuncupant
eam Kazacka. De his inferins dicet. Horda in tharta-
rico multitudine significat. Principalis ergo horda est Zahadaio-
rum sive Zanolhenis: que Tak Xi. i. capitale hordae vel homines
principales et liberos sese nominant: tum quia nulli subicit tum quod
ab ipsa cetere horde propagate sunt: ob hoc et Moskouite magnam
hordam Zanolhenis hordam appellant. Inde etiam imperator eorum Ir-
Tali Xi. lingua ipsoz: hoc est liber homo dicitur. Dicitur et Vluchz
quod senatus magnus dominus: sive magnus imperator: vnu enim

Libri primi.

magnum: Cham vero dominus et imperator est. Unde aliqui magnum canem dixerunt et male interpretati sunt: quia Olucham non significat magnum canem; cham enim cum aspiratione domini aut imperatore: et cum sine aspiratione error: et nuncque canem sermonem thartari non designat. Produnt itaque et referunt thartari: quod quendam vidua concepit et peperit filium nomine Lingkis: et cum filii ipsius tandem adulterum necare voluerunt: sinxit et excusavit se non ab homine sed a radiis solis concepisse. Lui signamento filii credentes matrem liberam dimiserunt. Matris ergo eius Lingos vel cingkis: homo sortis humilis: crevit in virum magnum et forte. Et is fuit primus propagator et sator imperatorum Zahadaiorum seu Zanohensium. Huius filius fuit Jocucham gentilis et paganus: Jocucham genuit Zaincham tertium imperatorem: qui in orbe terrarum et maxime in Polonia Hungaria et Russia dicitur Bathi. Ille destruxit Gothiam et Russiam et vastauit Poliam: Silesiam: Moriam et Hungariam procula principio dictum est. Idem Bathi fuit gentilis primus tandem sectae Machometi persuasus cum thartaris suscepit: quam in hanc die tenent et sequuntur. Quartus imperator ex bathi genitus fuit Temir Kutlu: et interpretatur ex thartarico felix ferrum. Temir felix et Kutlu ferrum: erat siquidem felix et bellicosus. Ille est ille Temerlanes in historiis celebratus: qui totam asiam vastauit et usque ad egyptum pertransiit. Ille imperatore Turcorum: pesaitem primum absurit et captiuatum catenis a rebus alliganuit: et post in brevi dimisit. Ille habuit exercitum duodecim centena milia. Fuit et aliis princeps thartarorum eo tempore: Aksak Kutlu: quod in latino sonat claudus vel claudum ferrum: quoniam claudus erat sed ferocia. In multa bella feliciter gessit: et civitate magna in terra Zahadai. i. thartarorum Zanohensium nomine Rumimedjar expugnando deservit et in solitudinem redegit: stant domus illius civitatis murate vacue et ecclesie olim Gottorum tricente in ritu machometicorum et Mesquitas (abscis habitatoribus) redacte. In castro illius civitatis sit sepultura imperatorum Zanohensium. Quintus imperator ex Temirkutlu progenitus fuit Temir Czar: ille ut dicitur per Vitoldum duce Lithuania et Vladislau regem polonicum in auxiliis contra cruciferos Prussos evocatus sortiter pugnans ferro occubuit. Sextus imperator et Temir Czar genitus fuit Achmetczar. Ex isto genitus est Achmet Czar septimus imperator: et achmet sermone thartarorum exponit coponibilis. Achmet genuit Giachmet octauum imperatorem. Giachmet sonat quasi religiosus achmet: et thartari cognominant ipsum Sachmet: quod est martiris status achmet: quia

bij

Liber primus

per Lithuanos captus detinet in Koreno incaceratus. Iste euocatus per Albertum regem polonie et per Alexandrum magnum ducem Lithuaniae in solatium protra Mendligeri imperatore Prekopensem thartarorum Anno domini millesimo quingentesimo: venit sub hiemem cum sexaginta milibus pugnatorum: mulieres vero et pueri fuerunt super centum milia: et quia hiems fuit horrida intensissimis frigoris piuue eius per imperatore Prekopensem clam vocata frigus et inediam non ferens: in Prekopa Szachmet marito suo cum magna parte excedens fugit. Itaque Szachmet militibus diminutus et intensissimo frigore pressus per Mendligeri Prekopensem oppugnatus: disiecto eius exercita afflictus est: et cum tricentis equis versus Baizetum Turcorum imperatore fugit. Cum in Byaligrod quod sonat albus castellum iuxta mare ponticum peruenisset: intellectus se captiuandum mandato imperatoris Baizet. Iccirco precepit cursu retro cum quinquaginta equis fugit: et in campos prope Kiov evasit. Capitanus vero Kionien per exploratores de ipso certior redditus: circuus dedidit eum cum suis et captivauit. In Vilnamque lithuanis misit: unde aliquotiens fugerat et consecutus comprehensus et reductus est. Alexandro autem rege polonie et magno duce Lithuaniae questione generale in bresce Rutenorum agente: aduenit mandato eius Szachmet ex Vilna: et magnifice per regem Alexandrum ad vnum miliare in obvium sibi eunti suscepimus est. Deinceps in Radom per Polonos ut reduceret in Thartariam trans Volham: productis aliquantum milibus armatorum levius armaturae decretum est: et ut competentior redactio et a suis laudabilior suscepit fieret: premiserunt Kazak Soltan fratre germanum Szachmet. Qui trans Volham peruenit et cum Albugerim eum patruo Szachmet: in Czahadai terra eorum prout moratur. Sachmet vero pro expeditione armatorum in Lithuaniae transiit: ad suggestionem Mendligeri Prekopensis imperatoris captiuatus est denovo per Lithuanos et in Korewo quod est castellum iuxta mare Balteum detrusus ac incaceratus est. Vere Sachmet. Et martirisatus a suis nuncupatus.

Capitulum nonum: quia gentes Scithie in quiete sunt
et semper rapaces.



On possunt Thartari in quiete vivere: quin semper vicinos impetrant ac invadant: predagam ex spoliis hominum et pecorum abigant et reportent: et hoc commune est omnibus hordis thartarorum: ab exordio et ingressu eorum in

De sarmatia asiana

hanc diem. Unde pauca pro multis exemplificando: Anno dñi millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto. Ingens thartarorum exercitus ex multis legionibꝫ p̄fatus et p̄ ḡtēs Rutenorū atq; Lithuanorū adiunctus: cū ducibus thartarorū Mogay et Thelebuga post festū sancti Andree in terrā Sandomiriē aduenit: transiensq; p̄ glacies induratas flumī Vistula: tam cūitate q̄ ecclias eius incēdit castrūq; in qđ vniuersa Sandomiriē regio cū vroribꝫ pigno r̄ibus ac fortunis p̄fugera cinxit: et illud nocte et interdiu expugnauit sed cū non prevaluerit. duces Russie Vasylko et Leo filii Danielis regis Russie dolose suaserunt omagiu et subiectiōne prestituros ppter securitatē: qđ Sandomiriē fecerūt: thartari aut̄ fide violata clamore valido et percuti in castrū: oēs crudelibꝫ supplicijs truculentissime eneauerūt: fluxitq; sanguis occisorū de colle arcis: tanq; quidā riuis in Villā. Alios vero homines occidere fastidiētes: tanq; gregē cumulatos in Villā impulerūt et submerserunt. Effusiq; e Sandomiria thartari: ducatū p̄bentibus Rutenis in Cracoviā venientes et ea vacuā habitato: ibas reperiētes: in tecta et valitudinarios senierūt: tribusq; mensibus grassati: nullā resiliētiā passi: onusti preda in Thartariā reuersi sunt. Preterea apud Cracoviā puer natus vir semestrī (mirabile dictu) articulata voce thartaros venturos et polonorū capita preciuros p̄dictit. Luctis tremebantibus interrogatus: an ipse etiam thartarorum aduentum timeret. Respondit plurimum se se tūnere cum inter alios suum caput essent preciuri. Et ecce subiactensissimis frigoribus et densissimis niuibꝫ ferocissima gens thartarorum famam sedatura: ducibus Mogay et Thelebuga. Primum in Lublienses et Mazowie: ex post in Sandomiriē Siradien et Cracovien oras: in numero locustarū venit. A castro et cūitate Sandomiriē cum ignominia et strage: militibus qui in presidio erant strenue tutantibꝫ repulsi. Plures ecclias: monasteria et munitiones obtinuerunt et incenderūt. Ad Cracoviā aut̄ in vigilia nativitatis christi applicantes et eam expugnare adorsi: aliquot insignes eoz amiserunt: vslatuq; edito ab ea discelerunt et depopulationē cū spolijs longius extenderunt. Dur Lesko niger de viribꝫ suorū militū diffidens in Hungariā cum Griffina sua coniuge secessit. Et thartari grassantes ad alpes Pannonias et ad Silesiā puerūt. Terris itaq; p̄dictis spoliatis sacerdotibus: lactantibus: et semibus trucidatis cū ingeti preda hominū ac pecorū abscesserūt: quā apud Vladimiriā russie partientes



Tractatus secundus

viginti vnum milia de virginibus dumtarat nondū nuptis cōpu-
tauerunt: ex quo multitudo ceterorū viroꝝ et feminarū poterit estima-
ri. Eodē fere tempore thartari per Cumānos inducti: Hungariā
cedibꝝ et spolijs vsqꝝ ad Peli vastauerunt: et in ea ab octaua epi-
phaniarū: usqꝝ ab festū pasce cōmorati sunt. Item eodē anno thar-
tari imperiū Constantinopolitanū inuaserunt et plurimis homi-
nibꝝ trucidatis: multa loca desertauerunt: Unde ex his liquet qꝫ
thartari nunqꝫ sine spolijs riuunt: et qꝫ vicinas gentes turbat et in-
stadunt: veluti illis annis thartari precepenses se numero Vala-
chiam Russiam Lithuaniam et Moskouiam affligunt. Thartari vero
Mohaienses et Kosanenses Moskouiam innadunt et spolijs atqꝫ
cedibus implet.

Tractatus secundus.

Capitulu primum que gentes que venatio habitat in Sathia que hinc Thartaria vocatur.

Cum sunt tricenti et sex anni qꝫ thartari ingressi occi-
pauerunt Sarmatiā Asiaticā seu Scithiam: pulsaret
forsitan quempā dubitatio que nam gentes inhabita-
runt prefatā Sarmatiā asiaticā: et nunc et priscis tem-
poribus scithiam appellata. Ad hoc ex precedentibus
facile et secundū historias respondere: quoniam Bothi illas terras
tempore aduentus et ingressio[n]is thartarorū incoluerunt: a vicinis
Polo roci nūcupati: quod sermone slauoꝝ rutenoꝝ et mos kouitaz
rapaces et spoliatores sonat: quia tunc Bothi quēadmodū nunc
thartari: tanqꝫ canes venatici vicinas innadentes nationes mole-
stabant et spoliabant. Sed altius exordiendo dicamus qꝫ secundū
Ptolomeū pheludianū in secundo quadrupartiti: angulus aquilo-
nis septentrionalis ubi nunc resident thartari est de partione tri-
anguli signoꝝ septentrionaliū aereoꝝ. Dominaturqꝫ in eo satur-
nus cum signo aquariū: qui reddit prefatū angulū ferocē et horren-
dum sc̄m incolas eius: sic enim inquit idem Ptolomēus. Qui in
confinibus terrarū Sarmatiae et terre Ascarde conuersantur aqua-
rio et saturno assimilantur. Unde maioris sunt crudelitatis: quali-
tatesqꝫ animarū suarū ferocissime hec ille. Maligne liquide est influ-
entie ille falcifer saturnus: et humano generi infestissimus suis con-
trarijs qualitatibus frigiditatis et siccitatis semper contrarius.

De sarmatia asiana

Ostendimus diximus de sarmatia asie que scithia vocata: restat dicere de sarmatia Europiana: et in ea primum occurrit Russia: olim Roxolania dicta. Latus eius orientale adiacet fluminis Tanai et paludibus Meotidis secernentibus Asiam ab Europa. Priscis autem seculis Alanii habitarunt ad flumen Tanais: deinde iuxta illos ad meridiem Roxolani. He autem gentes in toto delete perierunt: campique latissime patentes spectantur deserti: solis feris et Kosacis seu predonibus peruersi: prout supra dictum est. Post hoc supersunt reliqua Cirtassorum versus meridiem: et sunt gentes ferociissime et bellicosissime: generet et lingua Ruteni. Deinde est calxum Ozarkow

Liber secundus

splendidā supellectilē. Quo aut̄ ad spirituales presides et pastores christianor̄ archipresul est Leopolien. Metropolitanus Russorū et lithuanor̄: habens sub sua ditione kiowensem kamyenyecen p̄missionem. Chelmen̄. Lucerien̄ et Mednicen̄. ep̄os. Rutenor̄ vero metropolitanus est kiouien̄ que olim metropolis Russie fuit: habet subiectos voladicas et ep̄os de ritu Greco in Moldavia et Valachia vīsc̄ ad flumen histri seu danubij: vīnū in russia Chelmensem. alterū in dominio lithuanor̄ Vladimiriensem sive Breslen̄ tertium Pinski seu Drovski: quartū Polocen̄. quintū Lucen̄. sextū smo lensem: et passim omnes alios voladicas et ep̄os in terris moskoy et in septentrione de iurisdictione Moskoy protensor̄. Isidorus metropolitanus olim kiouien̄ lingua et doctrina grecus peritissimus tpe Eugenij pape quarti ad sc̄ilicet Florentinū in centū equis iuerat: et yniōne eccl̄ie romane pcepta in Russiā redierat: hunc Moskoy uite obedientia romana eis predicanē spoliauerunt et in necē extre mā impulerunt. Sequuntur ruteni doctores et theologos grecor̄ precipue Basiliū magistri. Gregorii Mazanzeni et Johanne Crisostomi: gregorii n̄azanzeni eoz sermones bogoslovio nuncupati: quod in latino sonat: laudans deum. Acceptant et nostrū sanctū Gregorii papā romanū: precipue in libris moraliū: quē translatū legant et lingua eoz (byessednik) quod valet p̄cionante persuadentem vel predicanē vocat. In eccl̄ijs rutenor̄ signa Servior̄ que est Slauonica diuina celebrant legunt et cantat. In eccl̄ijs Armenor̄ et sermone armeno. In sinagogis indeor̄ lingua hebreo orant. Christiani aut̄ ritu romano latino sermone cantant orant et legunt. Et scias q̄ in fluminibus russie et lithuanie precipue in Borislene et Bohi: tpe estatis multiplicant ephunere et sunt vermes et volatilia alata: quaternis interdui sensis alis oriunt et generant mane: cur ruant super aquas et volat super ripas circa meridiē: in occasu aut̄ solis extinguntur. De his loquitur Aristoteles primo de historiis animaliū et in problematibus: et medici de febre ephunera.

Capitulū secundū de Lithuania et Samagithia.

Dignus ducatus Lithuania est regio latissima: in ea sunt plures duces Lithuaniae et Russie: unus aut̄ preses et monarcha cui ceteri omnes subsunt magnus dux Lithuaniae vulgo nuncupatus. Aliunt aut̄ vetustiores et antiquitatū relatores q̄ quidā Italici propter ro-

De sarmatia europiana

manoz dissensiones deserentes Italiā ingressi sunt terras lithua-
nianas: et nomen patrie italia: genti vero itali indiderunt: que per pa-
stores terra Litalia et gens litali littera preposita cepit nuncupari
Ruteni aut et poloni eoz vicini maiorem immutationē faciētes:
vscqz in hodiernā diē terrā Lithuania gentes vero lithuanos ap-
pellant. Hic primū p̄diderūt opidū Vilno: elevationis poli quinq;
ginta septē gradū: et ex noīe ducis Vilij quo cū illas regiones in-
gressi sunt Vilno vocauerūt: fluminibus quoq; circa ipsum fluen-
tibus Vilia et vilna ex eiusdē ducis nomine indiderūt nō omnia. Sa-
magistriā aut de suo sermone sic nominarūt: quod lingua eoz: ter-
ra inferior sonat. Aliqui aut ignari historie: a lituo quod est cornu
et tuba venatoꝝ: eo q̄ regio illa plures venationes exerceat: lithuanī
am appellare voluerūt: quod ad effectū non ad historię originē spe-
ctat. Hec gens lithuanoz annis superioribꝫ adeo obscurā stem-
pta et vilis apud rutenos fuit: ut principes Ruteni ab ea sola peri-
zomata et subera ob egestatē et soli natūri sterilitatē in signū tantū
modo subiectiōis exigeret. Donec Vitthenen dux lithuanoz: rebellio-
ne primū p̄tra rutenos inducens: et seipsum ducē inter populares
p̄siliens: astū principes russie aggressius p̄slixit: sensimq; adeo cre-
uit viribus ut iugo principibꝫ russie inecto etiā in tributa eos re-
digeret sibi penderat: que per plurim̄ etates rutenis ipse penderat.
Posteriorq; duci Vitthenen succedentes furtivis lupinis et subitis in-
cursionibꝫ sūnitimas gentes russie vassie Mazouie et polonie in-
uadebant et diripiēbāt. Donec fratres cruciferi theutonici ordinis
beate Marie p̄ Conradi ducē mazouie aduocati et in auxiliū assūm-
pti prussia vi et continuis armis conquisita Samagitas et lithua-
nos aggressi debellare captinare et opprimere pluribus oppugnat-
onibus ceperūt: tamdui donec ad Olgerdū et keystutū duces lithua-
nie successiue peruererunt. Fuit aut Olgerdus magnus dux lithua-
nie: cuius filius erat Jagello. postea baptisatus et Vladislauus nomi-
natus in regē Polonie coronatus. Frater aut ipsius Olgerdi fuit
keystuth. maximus expugnator et persecutor christianoz: qui inter
pugnandum cum cruciferis theutonicis in prussia tē captus: ter-
q; astū et mira evasione contra voluntatem cruciferoz liberatus e
vinculis fugerat. Huius keystuth filius fuerat Vitardus seu Vi-
toldus macte virtutis princeps. Jagello aut qui postea et Vladislau-
us: sub treagis pacis captiando keystuth et filii eius Vitardum
keystuth in carcere occidit: vitardum vero in vincula coniecit.
Tandem a cruciferis et christianorum exercitibus se numero

Liber secundus

Jagello pressus: deo miserante ad Polonos declinavit: fideq; christiana cū fratribus suis quos octo in numero habuit: vnda baptis matis ablutus & in regē Polonie coronatus. Hedwigim filiā Ludouici Hungarie & Polonie regis illustrissimā ac speciosissimā in p̄sortem accepit: anno christi millesimo tricentesimo octuagesimo sexto: die Iouis quartadecimā mensis februarij: que fuit sancti valentini. Lepitq; presatus rex Vladislauſ ſcōm promissa vigilare et inſtare vt gentē lithuanicā a tenebris erroris ac idolatria expurgaret: aſſumptis quoq; ſecū Bodzanta archiepo Gnezeniſ & pluriſib; viris ecclesiasticis atq; religioſis. Itē regina hedwigi: Gemo nuto & Joanne Mazouie: Conrado Olesnicenſi ducibus: & cōpluri mis baronib; anno dñi millesimo tricentesimo octuagesimo ſeptimo in lithuaniam intravit & baptisma p̄cipere lithuanos procura uit. Colebat aut ab origine lithuanii numina: ignē: ſiluas aspides & ſerpentes: ignē qui p̄ ſacerdotē lingua eoz ſingulare nuncupatū ſubiectis lignis adolebat. Siluas aut & lucos ſacrosanctos habitacula deoz putabat. Aspides vero atq; ſerpentes in ſingulis domib; veſtītū deos penates nutriebant & venerabant. Rer itaq; Vladislauſ ignem ſacrū putatū in ciuitate Vilnensi barbaris inspectantibus extingui: templū & aram in quibus ſiebat hofiaꝝ immolatio dirūpi: ſiluas vero ſuccidi & conſtrigi: ſerpentes quoq; necari precepit: barbaris flentibus deoz ſuo: falſoz extermiňum. Contra regem aut nec muſſitare audientibus: mirantibus quoq; q̄ Poloni ſacrum violatores ignis ſiluaz & ſerpentū intacti illeſiq; a diis eoz: ſecus q̄ ipſimet quoties violabat fuerūt. Exterminatis itaq; idolis gens lithuanoz p̄ aliquot dies de articulis fidei & oratione dñica p̄ ſacerdotes Polonos: magis tñ p̄ regē Vladislauñ qui lingua gentis nouerat edocebat & ſacra baptiſtati vnda renascebat. Lazgiante pio rege Vladislao ſingulis ex populariū nūero post ſuſcep̄tum baptiſma: ex pāno de polonia adducto nouas velles q̄ prouida liberalitate effecit: vt natio illa rudis & pannosa: lineis in ea diē p̄tentia: fama huiusmodi liberalitatis vulgata: p̄ ſequēdis lanceis cateruatū ad ſuscipiendo baptiſma ex omni regione accurrebat: et qm̄ labor erat immēſus vnuquēq; credentiū baptiſare ſingillatim mandante rege multitudine ſequestrabat in turmas & cuneos: & vniuersis de qualibet turmaz benedicta aqua ſufficienter conſpersis: cuilibet turme & vniuersis qui in ea p̄ſliterat nomē vſitatū petrus ſcōe paulus: tertie joannes: &c. ſeminis per turmas diuīſis. Kathērina Margaretha. &c. iuxta numerum turmarum imponebatur.

De sarmatia europiana

Militaribus tamen spiritualis impendebat baptisimus. Fundavit
in super rete Vladislau in Vilna ecclesiā cathedralē sub titulo san-
cti Stanislai patrōi Polonoꝝ: principalēq; arā in loco vbi ignis
qui falso perpetuus credebatur p̄stituit: vt error gentilis fieret cum
eis patentior. Constituit etiā in eadē ecclēsia Vilnensi episcopū vi-
rum spectate virtutis Andreaā Vasiloꝝ: natōe Polonū: genere no-
bilem: de domo accipitriū: professione fratrē ordinis minorū: olim
Elizabet regine hungarie confessorē & predictorē insignē episcopū
Ceretē. Eodē quoq; Vladislao rege instantē Samagithia fidem
christi & baptismū suscepit. Ad cognoscendū autē naturā prouincie
& gentis illius animaduerte q; regio Samagithia est septentrionalis
& gelida. Lithuaniae linonie & Prussie cōtermina: siluis: collibus
& fluminib; circumsepta. In hos districtus distincta scilicet Fra-
gola: Wyednikū: Chrosse: Rosena: Diduki: Vylunya: Kelthiū
Lzethra: gentes regionis pacere & alte stature agrestes & inculte pau-
co & castigato victu viuentes: sicuti aqua sedare solite raro cerevisio
aut medone. Auri argētieris ferri vīni in illa tempestate expertos &
ignare: apud quos licet erat vni viro plures habere uxores: & pa-
tre mortuo non erat fratresq; glotē in uxore accipere. Nullus illie
stibas nullus edificiorū nobiliū: sed tantummodo turgurij vni⁹ vīsus
ventrē distēsum & porrectū: extrema vero habēs coartata: ex ligno
& culmo structura largius ab uno līnsim operis incremēto edificiū
in artus cogitur: in carine seu galea maxime similitudinē elaborata
in cacumine fenestra vna superne latē reddeſ: subter quā foens et
cibos parabiles coquēs & frigus quo regio pro maiori anti parte
p̄stricta est repellēſ: ea domo se: uxores: pignora: seruos: ancillas:
pecus armentū frumentū & omnē supellectilē adunt gens ab dīni-
nationes & anguria proclivis. Precipuū numen Samagithiū erat
ignis: quē sacro sanctū & perpetuū putabat: q; in montis altissimi
iugo super flumū Neurasza ſito affidua lignorū appofitioꝝ a sacerdoti
sacerdote alebatur. Accedēs itaq; Vladislau rex turrim in qua cō-
ſistebat incēdit & ignē disiecit & extinxit. Succidit deinde per milites
ſuos Polonicos siluas: quas non fecis q; sanctas & deos habitā-
cula samagitte iuxta illud poeticiū. Habitārū dū quoq; siluas: ve-
nerabant: in eam caligine ſentis prolapsi: q; & silue prefate & aene:
fereq; in illis pſſentes sancte forēt: & quicq; in illas ingredetur
vt sanctū deberet censer: violati quoq; nemus: feras vel alites: ma-
nus aut pedes demonū arte curvabant. Maxima itaq; barbaros
tenebat admiratio: q; Polonorū milites nemus ritu eoz sanctū exē-

Liber secundus

dentes: nulla lessio quale ipso in se frequentius experti erant sequerat. Habebat preterea in silvis prefatis focos: in familiis et domos distinctos: in quibus oibus charoz et familiarium cadavera cum equis sellis et vestimentis potioribus incendebant: locabant etiam ad focos huiusmodi ex subere facta sedilia: in quibus escas ex pasta in casei modum preparatas deponebant: medonemque focis infundebant ea crudelitate illis: quod mortuorum suorum anime quorum illic combusta fuerant corpora nocte veniret escaque se esfatiarent. Insuper prisa octobris die: maxima per Samagittas in silvis prefatis celebitas agebat et ex omni regione viuuerius utriusque secus pueniens illuc populique cibos et potus quilibet iuxta sine predictis qualificatione deferebat: quibus aliquot diebus epulati dij suis falsis precipue deo lingua eorum appellato Perkuno: id est tonitru: ad focos quibusque suos offerebat libamina. Nec itaque Vladislauus primus eos pater noster: deinde simbolum docuit: quoniam nullus sacerdotum lingua Samagittica non erat: et vnde baptismatis ablui iussit. Unus autem et maioribus Samagittorum pro obitu respondit. Ex quo inquit serenissime rex dicitur nostri reguli inertes et languidi a deo Polonoque deleti sunt: deos nostros et sacra eorum deserimus et deo tuo atque Polonoque fortiori adheremus sicque baptisati sunt. Nec autem in Mednicki cathedrali ecclesiastica sub honore et titulo sanctorum martyrum Alexadri Theodori et Euancij in alijs autem locis ecclesiastis parochiales fundavit: et illis doctem sufficienter designavit et inscripsit. Medicensis ecclesie primus episcopus Matthias origine almanus in Vilna anno natu: eo quod lingua lithuanica et Samagittica norat prefectus est et secretarius. Contingit autem in prima plantatione domini Samagitte per magistrum nomine colatum Vazik: fratrem ordinis predicatorum regum predicatorum per interpretationem instruerent de fide: creatione mundi et lapsu primi hominis adeo: unus Samagittarum susserre sermonem predicationis non valens in hec verba prorumpsit. Mentiit inquit illustrissime rex iste sacerdos: rasserit mundum creatum fore eam sit homo non longeve etatis: sunt etenim inter nos plures annorum numero seniores eo centenarii numeri supergressi: quod creationem nullam recordantur: sed sole et lunae ceteraque sidera semper eisdem motibus luxisse referunt. Nec autem Vladislauus iubet eum silere declaravit magistrum Vazik creationem mundi non assertuisse in diebus suis incepisse sed longe ante: puta ante sex milia annorum et paulo plus ordinatione divina pronenisse. Cottulit autem rex Vladislauus magnitudinem Lithuanie et Samagittie Alexandro Vitoldo fratri suo patrui: is quod acer et animosus erat pugnando adiecit lithuanie ducatus

De sarmatia europiana

Pskov: quē pleskouia appellāt. Deinde alterū ducatū Mouogra
diē qui nugardia agnominat. Tertiū ducatū Smolnēsem suo do
mino apposuit. Factaqz in circuitu pace in orientē penetravit et in
cidens in bordā thartaroz multitudinē eoz in lithuanā appulit
ac in certo territorio lithuanie locauit: vsqz in hanc diē permanen
tem. Longestogz fortiori exercitu iteū in Thartariā perrexit: et sua
peratis fluminibus in planiciē diffusē porrectā circa flumen vorz
skla quartadecima die augusti peruenit. Ibi occurrente ei imperato
re Zawolsensi Temir kutlu: quē scriptores Litterlanē nuncupat:
cum infinita ac innumerabili thartaroz multitudine: de treugis et
pace vtrinqz tractabant: pcordia tñ nequaqz a thartaris acceptaba
tur. Vitoldus igitur a suis per suas cū custodibz corporis sui re
trosum abiit et in lithuanā fugitive rediit: exercitus vero ipsius
ab infinita multitudinē et thartaroz obrut⁹ in toto delegus est. Pre
terea Sigismundus rex Romanoz iaciēdo inter Vitoldū et Vladis
laum fratrem eius regē Polonie somitē discordiaz: coronā Vitoldo
promisit et in regē lithuanorū sublimari p̄suasit: verū cū afferret co
rona per loca tutiora Marchie et Prussie. Mobiles maioris Polo
nie se se opposuerūt: et cū exploratoribus in custodia permanēdo: in
loco qui Turagora vocat: legato imperatoris Romanoz operie
bantur et expectarūt. Illi vero renflectā cognoscētes terrore per
culsi retrocesserūt. Vitoldus autē de hoc certior factus pre tristitia
ab antrace inter scapulas orto vit⁹ cū principatu finiuit: anno dñi
Millesimo q̄dringētesimo trigesimo. Post mortē Vitoldi Vladis
laus Jagello rex Polonie Sicutrigell⁹ fratre suū in ducē Lithua
nie anulo suo iuelliuit et substituit: qui immemor beneficij p̄tra vla
dislāi jagellonē tumultuanit et bella gessit: propter quod rex Vladis
laus principi Sigismundo de Starodup suggesit cōmisit: ut du
catū Lithuanie sub Sicutrigello surriperet. Apparente igit̄ comete
exili supra illū ducatū: dux Sigismundus de Starodup Sicutrigal
expulit et ducatū magnū lithuanie possedit. Hunc Sigismundus
Ivan dux Czarthorjensis: genere et secta Rutenus post aliquot dī
es occidit. Ingrediebat cōquidē ex p̄suētudine vrsā ad tabernaculū
ducis Sigismundi. Ruteni itaqz more vrsē hostiū tabernaculi fri
cabant et mouebāt: quo andito dux Sigismundus vrsam aduenisse
putando: hostia aperuit: et a Rutenis vulneribus p̄cūs occubuit.
Eneas de Picolominibz scripsit: non hūc sigismundū sed Vitol
dum sicut premissum est: per suos in forma vrsē delusum interfectū
Sed inscijs relatoribus credidit et erronee scripsit: quemadmodū

Liber secundus

simili errore ductus: plurima de Lithuania: plurima et de Polonia
perficta litteris tradidit. Posteriorum historiographi errantem erronee
sequentes: ipsius Eneae absurditates et loca atque mores illarum nationum
num nunquam visa: aliter quam fuit et quam est: tanquam vera literis demandare
non erubuerunt: cum expieta preteritorum atque presentium ipsum et ipsos
inexpertos et aliter quam res habeat scribentes redarguant. Successit du-
ci Sigismundo de Starodup: Kazimirus Vladislai Jagellonis ter-
tius natus in magno ducatu Lithuaniae: quem fere quinquaginta annis
gubernauit: sub cuius extremis et ultimis annis Iwan dux Mosko-
rum auctor et sibi appropriauit ducatum Monogrodensem: alias mu-
gardia seu nonogrodia nuncupatum. Post Kazimirum in Lithuania
datus est Alexander filius eius quartogenitus: cuius temporibus
prefatus Iwan dux Moskovorum principatus Mozaensem: longitudi-
nis septuaginta: latitudinis totidem miliarum: et castra quadraginta
subripuit. Alexandro vita functo Sigismundus modernus in ma-
gno ducatu Lithuaniae suffectus est sub eius dno Vassilo Mos-
kowie dux et principatus Pskov quem pleskouiam appellat: et ducatum
Smolenscum expugnauit et possevit.

Capitulum tertium de amplitudine et contentis Magni ducatus Lithuaniae.

Conspicuum magni ducatus Lithuaniae est talis. A ma-
ri Balteo seu Prutenico ad Vilnam capite ciuitatem
Lithuaniae sexaginta miliaria: a Riga vero ad Vilnam
recto itinere septuaginta miliaria: eundo vero super po-
logos ut comitanter vadunt erunt a Riga in Vilnam
centum miliaria. Deinde a Vilna in Kioro: sunt centum miliaria. A
Kioro usque ad affluentem vbi inunguntur flumina Dniepr et Boh: que
greci horistene maiorem et minorem appellant: sunt decem dieae que faci-
unt septuaginta miliaria: ibi steterat castrum Dzassow: quod destru-
ctum est: et ibi est finis dominij lithuanorum: cum prius protendebat
ad Byaligradum quod latini album castrum nuncupant: et ipsum thuri-
ci expugnarunt et possidet: circum circa vero thartari in campis degunt.
Ista est computatio versus meridiem: quinimum verius dicam inter ori-
entem et meridiem. Iterum ex transuerso computando: a Parcove et metis
Lithuaniae in Vilna sunt octuaginta miliaria: sed a Craconia per can-
dem viam usque in Vilna sunt centum et viginti miliaria. A Vilna in
Smolensko centum miliaria: a Smolensko in Moskram ciuitatem

De sarmatia europiana

Moskoy centū miliaria: et sunt miliaria Germanica magna. Prima autem capitalis civitas in lithuania est Vilna: et est tanta quam Cracovia cum Kazimiria Clepardia et omnibus suburbis: verum domus non sunt coherentes sicut in nostris civitatibus sed ut sepe medianit orti et pomaria: habet Vilna bina castra murata: superum in monte et inferum in basso. Monigrod vero quam latini nuggardia vel nonogardia vocant sicut de possessione magni ducatus lithuanie: per duce Vitoldum armis pquisita: et est nouogrod in amplitudine paulo maior quam Roma: quod Roma in ambitu continet triginta duo miliaria Italica que faciunt sex miliaria Germanica: et duo miliaria Italica supersunt. Monigrod autem continet integra septem miliaria: alias trigintaquinq; miliaria Italica. Itē Monogrod lignea habet edificia Roma vero murata. Distat nouigrod a mari balteo duobus vel quasi tribus miliariis. Et fuerunt adhucque sunt in ea distissimi mercatores: in tantum quod apud quilibet mercatores iuxta refectionem est crancz. scilicet resernaculum loco testudinis: in quod argenteum aurum et res preciosae pquisite projiciebantur absque numero. Unde Iwan: quod sonat Joannes princeps Moskoy anno dsu millesimo quadringentesimo septuagesimonono: surripiendo Monogrod de manibus kazimiri magni ducis lithuanie: huiuscemodi thesauros Monogrodi em exhausit: et tricentos currus ad summum implendo: dumtaxat de auro argento et unionibus preciosis: in Moskoniam abduxit: et quia in eadē Monigrod perniciosa pestis inoleverat siccarioz et rapportorum: sepeque aliquo reo invento vel designato pulsabat campana pretorii: ubi centū senatores tanquam iudices sedebant: omnes more illius patrie barbam protensam nutrientes: vulgus autem auditio sonno campane percurrebat de tota cinitate: ita quod quilibet hospes duos accepit lapides in brachio: et filij hospitum similiter. Cumque reus per senatorum pdenunciaret lapidisibus astantes obruebat et interficiebat eum: tumultuoseque ad domum pdenunciati curretes diripiebat omnia bona occisis: et area domus postea vendebatur: et pecunia exinde pro Repub. pscibat. Secundo Iuan dux Moskoy prefatus apprehensa et possessa Monigrod in quinq; famosioribus plateis quinq; capitaneos cum armigeris pstat: ad sedandum et prohibendum solitos tumultus invasiones et spolia. Est in nouogrod castellum Deczen nunquam patrum: in eo principalis ecclesia est sancti sophie. scilicet saluatoris et est recta aureis laminis splendescetibus: suntque in eadem nouogrod septem monasteria circa koz. scilicet nigrorum monachorum de regula sancti basilij: et distat a se innice fere vel prope per mediū miliare. In primo

Liber secundus

monasterio beate marie virginis sunt mille monachū: in altero sancti georgij septingenti: in tertio sexingēti: in quarto q̄dringēti: sic p̄sequenter in alijs monasterijs. Sunt et ecclesie sanctorū plurime: et solus sancti Nicolai (quē Ruteni inter alios sanctos pl̄ colūt) ecclesie sunt tot quot sunt dies in anno. Habet elevationē poli no-
vigrad seragita sex gradū: et in estate circa solstitiū est in aula post oc-
casum solis apparet lux celi usq; in ortū solis: ut artifices sartores
sutores et ceteri mechanici suere et laborare posint. Post nūgardiā
ad septentrionē est Suecia et Finlandia usq; in oceanū septētrionis
pskōrō vrbz notabilis murata et magna: minor tñ q̄ novigrad ad
iacet Moskouie et lithuanie: hanc latīnā Pleskouia appellat: inhabi-
tatores ipsius omnes sunt lingua et ritu Ruteni: barbā nō radunt
et crines capitis non tonsident: habitū vero in toto deferūt almanī-
cum. Habet terra Pleskouie eriginta castra murata et sunt versus
Liuoniā: et non sunt tam bona castra in Moskouia neq; in
Lithuania. Tota autē terra Pleskouie seraginta miliaria in longitu-
dine et q̄draginta in latitudine patinet. Bassilo modernus princeps
Moskouie q̄ cōsūmitionē et tradimentū senior adeptus est et possi-
det pskōrō: de posuitq; campanā ad cuius pulsū tota ciuitas cō-
fluebat et iniurias opprimebat. Cōtra pactū quoq; et p̄missa sua
ubegit r. iadīcā. i.e. p̄ loci et p̄ uires nobiles ac ciues Pleskouie: et
locauit in ciuitate moskua et alijs locis Moskouie. Deinceps ver-
sus orientē est Polozko castrū et ciuitas magna et pertinet ad duca-
tum Smoleñ: possidet eam magnus dux lithuanie. Post hāc ad ori-
entē est Smolensko castrū et ciuitas ex roboribus stracta et fossis p-
fundis munita; ipsa autē terra seu ducatus Smolensko patinet in lon-
gum seraginta aut septuaginta miliaria Germanica. Preterea lin-
guagii Lithuanicū est quadripartitū: primū linguagii est Jaczin-
gorū vt horū qui circa castrū Drohincin inhabitarūt et pauci supsumi
Alterū est lithuanorū et Samagittarū. Tertiū Prutenicū. Quartū
in Lothrea seu lothibola. i. Liuoniā: circa fluiū Dzūna et Riga
ciuitatē. Et horū qnq; eadē sit lingua: unus tñ nō plene alterū intel-
ligit: nisi cursus et q̄ vagatus est p̄ illas terras. Habet hoc lin-
guagii q̄driptitū tpe idolatrie pontificis maximū vñ: quē Crue
appellabāt: morantē in ciuitate Romoue a roma dictarūq; hoc lin-
guagii de italia iactat sese aduenisse: et habet nōnulla vocabula itali-
ca in suo sermōe. De isto Crue et ciuitate Romoue in legēda sancti
Adelberti pontificis et martiris legitur. Et scias q̄ in Prussia iā
pauci proferunt Prutenicū: subintravit siquidē lingua polonorū et
almanorū: sic et in Lothria pauci villani proficentur hanc linguam

De sarmatia europiana

quia subintravit Almanicū. In Samagithia aut que est longitudi-
nis quinquaginta miliariorum et in lithuania que in longū triginta
miliaria patinet: in villis lithuanicū loquuntur: et in magna parte Polonici
patent: et sermone polono sacerdotes eis predican in
ecclesijs: insuper scito q̄ hoc linguagii q̄dripartitū totū est de obe-
dientia et fide Romane ecclesie: in alijs aut prūneis circūiacentib⁹
ut in novigrod: in pleskouia: in polocco: in Smolēsko: et in mer-
diem usq; post kioro Ruteni sunt oēs et rutenicū seu Glaronicū
loquuntur rituq; grecor obseruant: et obedientiā Constantinopo-
litano patriarche prestat. Amplius sunt in ducatu Lithuaniae thar-
tari circū Vilnā: et habet pprias villas: colunt agros more nostro
laborat et vehunt merces: ad mandatūq; Magni ducis lithuaniae
oēs ad bellū assurgat: loquuntur thartaricū et colunt Adachometē q̄r
saracenoꝝ sectā patent. Insuper sunt Hebrei in lithuania preser-
tim in ciuitate Troki: hi laborat et mercant thelonica et officia publi-
ca tenet de usirisq; non viunt post hoc de fluminibus dicamus. A
parte orientali dominii lithuanorū terminat fluvij Oskol. Ingra
Donyes. i. parvus Don: et parvus tanais: hi et plurimi alij in ta-
naim decurrunt. Itē ex dñio lithuanorū post castrū Veshya (qd dux
Moscouie modernus Bassilo occupauit) ortus est Dinepr seu bo-
ristenes ex terra plana lutesca ex stagnis in densis silvis: et fluit sub
Smolensko et sub Kioro: tandem enerris quasi tricentis miliarib⁹
Germanicis in mare ponti incidit. Nam Vilna alias fluminis tri-
ginta miliarib⁹ ad orientē Vilne ciuitatis ortum cepit: et sub castro
Vilnensi cū alio flumio minori vilna dicto et initium eius duobus
miliarib⁹ a prefata ciuitate vilna cōputatur) cōmiseretur: vnaq; ad
magnum flumū Niemen influit. Niemē aut fluminis valde flexuose
decurrunt: naves desert et merces: et post castrū Kowno in mare pru-
tenicū cadit. Itē Dzwina magnus fluminis fontes habet in Mos-
konia et in dñio Lithuaniae fluit sub castro Vitebsk: deinde sub po-
logzko: hostia eius circa Rigā ciuitatē Livonie ubi in mare cadit: et
scias q̄ quēadmodū in superioribus premisi: tria magna flumina
ppre se inuicē oriunt: scilicet Dinepr: Dzwina et Volha orlunt in qua
in locis planis nemorosis paucitribas: non ex montibus. Hippo-
reis: non Riphēis: nec aliquibas montib⁹ q̄ in natura minime sunt
dūtarat signēto olim grecor tanq; in rei veritate existeret gloriose
et ampolose predicti sunt: et q̄ prefata flumina ex ipsis erūperēt ac
oriēnt q̄ seq̄ces historicos cosmographos et poetas in expte descri-
pti decātatiq; sunt: cū nūsq; cōpreat: plana siqdē est terra p totū

Liber secundus

Ynde illa ortū ducit. Et Vinepr qui est Boristenes ad meridiē fluīt ysc̄ in mare Ponti incidēs. Dzwina grande flumē ex Moskouia erumpens ad occasum solis per dn̄ia lithuanorū et per Lituaniā labens iuxta ciuitatē rigā in mare Balteū descendit. Volba maximus fluminū etiā ex Moskouia oriens in septentrionē tendit reuersusq; in orientē longinque circuit tanaiti: tandem puerus in meridiē per Scithiā seu sarmatiā osianam et campos planissimos thartarorū peruagatus in viginti qn̄q; flumina magna partitus mare Euxinum ingreditur. Distat tanais a Volba in thartaria itinere sex hebdomadāx: ad minus tribus aut quatuor velocissime currentibus. Sunt et alia in Lithuania et Moskouia multa flumina et stagna magna: parva vero flumina et rivi sine numero in maiora deflunt. Omnia piscosa abundanter: ita q; in illis terris vbe aqua ibi et pisces: et sunt pisces sapidiores et delectabilioris gustus q; in regionibus nostris: piscine et fodine pro aquis et impiscationibus tanq; inutiles illic non sunt. Amplius in ducatu lithuanie panis rusticorum nigrissimus est non erubet: ex silagine aut ordeo una cū furfuribus: dñorū vero et potentia panis delectabilis de pura sis milagine tritici albissimus p̄nsitur et habet: vino carent nisi quod aliunde ducatur: preciique vinū Rhenense: et ex occidentibus regionibus per mare Germanicum et Balteū adductū alicubi reperit: medone et spissō et tenui et vario modo cocto abūdāt et illo reficiunt et inebriant. Cereris sias coquunt diversimode et ex varijs granis:puta frumento: silagine: ordeo: canena: miliu. et c. et non sunt sapide: vulgus aut ut semper aquā bibit: oline et fructus dulces ac delicati illic nō crescent: algida etenim et frigida est prouincia. Armenta habet ovis generis et feras siluaz: plus q; in orbe christianorū reperiant: saltus deserta et silue sunt magne decē aliquando quindecim miliarioꝝ: nō nuncq; et viginti quinq; miliarioꝝ: ad latera desertorū et siluaz ville et habitatores inueniuntur: et icarco q; magna nemora sunt magne fere et multe abundantissime visunt et capiunt: viri et boues siluestres quos lingua ipsoꝝ thuri et zibrones vocat onagri et equi siluestres cerui: damo: dorce: capre: apri: vrsi: marares: scismi: et cetera genera ferarū. Insuper aues abundāt et siccule q;vis illic vinea nō sunt aduolant et impinguant atq; cū suavitate eduntur. Estq; in Lithuania et Moskouia animal voracissimum et inutile: quod alibi non coparet rossomaka nominatum: quantitatis canis: faciei catti corporis et caude ut vulpis: colore nigrū: cadaveribus vescitur: inuētoꝝ cadavere instantē vorat ut extendatur et infletur tanq; timpanum;

De sarmatia europiana

repertacq; angustia stricta inter arbores intrat et intrudit se en vios-
lētia premēdo: vt violēter cometae violētius egerat sicut extenuatū
denuo cadaveri accurrit et ad summū impletū cū vicissitudine expre-
sionis et ad morticinū reuersiōis donec totū absumat et denoret: et
forsan natura tam insatiabile animal in illis regionibus producit
vt hoies simili voracitate laborātes et dargiat. Quoniam potentes
cū pniuare ceperint: sedēt a meridie in mediū noctis ptiuio abo et
potu sese opplēdo: et a mensa quoties natura appellit assurgendo et
egerendo: itez et itez vorant vsq; ad vomitū et amissionē discretio-
nis et sensus tuncq; inguinis et capitis que sunt discrimina nescia-
unt: estq; illa pniuato pnciosa in lithuania et Moskouia: magis
vero et absq; rubore in thartaria. Est etiā in illis terris lithuanie
Moskouie et thartarie ab origine pniuato venditiōis homini:
serui natura venduntur a dominis suis tanq; pecora pueriq; cor-
et uxores quinimo pauperes homines libero ventre nati victu ca-
rentes vendunt filios et filias suas interdum et semetiplos: ut apud
patronos siliquis et grossis abis saturarentur.

Tractatus secundus libri secundi.

C Capitulum primum de Moskonia

Moskonia est regio lōgi summa latissimaq; nam a smo-
lenisko usq; ad Moskuā cūitatē sunt centū miliaria
a moskua ad volochda centū miliaria. Et volochda
est puicia et flumi p ipsaz labēs eodē noie vocat: a vo-
lochda ad vsczuga cētu miliaria: ab vsczuga ad viath-
ka cētu miliaria: et ista q̄origēta miliaria sunt de regiō moskouie:
et sermo per totū est Rutenicus seu Slavonicus: ultra predicta a
Viathka ad regionē permīca centū miliaria: inde ad terrā Has-
bulcska triginta miliaria: et hec cū Scithia pfinat. Et iste provincie
subiecte sunt duci Moskouie: additisq; terris ad septentrionē et ori-
entē ab eodē duce Moskouie possellis Juhra et Lorela que sunt in
Scithia erunt quingenta miliaria germanica magna: verū Mosko-
uite nō per miliaria nostra cōputat sed per verst et verst est quinta
pars miliaris germanici. Numerant itaq; a cūitate Moskua ad
Vlodimirā cūitatem decemseptē miliaria germanica: abinde ad
Oscruch quingēta verst: iterū ab Oscrub ad Juhra quingēta verst.
Intra Moskouiam aut sunt multi ducatus: et ducatus seu terra

Liber secundus

Moskouie de qua triginta milia pugnatorum nobilium ad bellum egrediuntur: agrestis vero sexaginta milia. Est et ducatus seu terra treverorum: et cetera: de qua quadraginta milia armatorum nobilium dumtaxat ad bellum prodeunt. In hoc ducatu capitalis civitas Treverorum nuncupatur: et est civitas grandis lignea de lignis edificata: i ea sunt ecclesie lignacecentum et sexaginta: castrum eius lignum est: et sunt in ipso noue oracula seu ecclesie. Principalis est sancti Salvatoris et illa dumtaxat est murata: sub hac civitate et castro amplissimus fluminis Volha labitur. Ducatus Chelmski de quo septem milia pugnatorum exirent. Ducatus Zubczowski de quo quatuor milia armatorum. Ducatus Klinski de quo duo milia bellatorum prodeunt: ad terram Treverensem annuerant. Item ducatus Rubensis triginta miliaria in longum continens. Ducatus Jaroslavienus quadraginta miliaria de terra habens. Ducatus Gzubersienus viginti miliaria terre habens. Ducatus Szachowen triginta miliaria in longum pertinens: omnes sunt in miliariis Moskouie in longum computatis. Insuper ducatus Rzeczenssis de quo quindecim milia boiarorum seu nobilium armatorum evadunt: et fluminis nominatissimus tanais de ipso origine. Item ducatus Gusdalupe et plures et adiacentes desolati et destruti sunt per Thartaros. Est et terra thartarorum Kozanska horda: nominata triginta milia pugnatorum producens: principi Moskovorum subjecta: in campus iuxta castrum kozanum (quod dux moskouie possidet: et nullum magno flumine Volha) degens. Moskwa est civitas principalis satis magna bis maior quam Florentia Tuscia: aut bis maior quam Praga Bohemie urbs: Praga dico quod extat et quod tu vidisti. Non praga quam quidam nomus historicus sicut astrictus longissima triu diei itinere civitatē quod fabula est: verum Moskwa lignea est non murata plurimas habens plateas: et vbi una platea finit altera non statim incipit sed campus mediatur. Inter domos quoque sepes mediatur: ut domus sibiunuscē non coherent. Mobilium domus sunt maiores plebeiorum vero humiles. Fluunt per medium civitatis et sub castro ipsius fluminis eiusdem nomine cum civitate. Moskwa appellatur: et est tantus quantus Multaria in Praga: aut Arnus in florentia. Castrum autem quod est in medio civitatis in planu est castrum bonum muratum tante amplitudinis ut Buda in Hungaria: habet tria pugnacula: et cum his turres magnesim simul computate sunt decem et septem tegulis latericis tecte sed unus murus: in eo castro ecclesie sunt sedecim: tres minores scilicet sancte Marie: sancti Michaelis et sancti Nicolai: relique sunt de ligno. Palatium ducis in prefato castro est muratum ad instar italicum non amplius: nec

De sarmatia europiana

magnū: tres curie nobiliū sunt murate: alie domus ligno p̄struc̄te
stube omnes nigre. Alie cūnates moskorū sunt minores et casta
minora omnia de lignis fabrefacta. Preterta terra Moskouie pla-
na est boscis ac siluis aquis quoq; fluminib; piscib; et feris quē
admodum Lithuania reserta: sed frigidior et septentrionalior: vna
de pecudes et pecora parva sunt et mutila ab q; cornibus quasi sem-
per propter frigus: homines verū procere alte et robuste stature
sunt: bibunt aquam medonē et quasfecz.i. fermentatos liquores.
Brant et sulcant ligno sine ferramento: et arplicant frondibus ar-
borum supra seminata equis tractis: raroq; propter intensa et lon-
ga gelua segetes mātūrēsunt: ideo messis et sectis frugib; in stubis
delicant mātūrānt et tritūrānt. Sepenumero autē vtuntur calefacē-
tibus aromatibus: sepe et sublimatis: de aromatibus de melle vel
alio calefactorio: ita vt et de auena aquā ardētē sine sublimatū fa-
ciant et bibant ad effugandū et repellendū algorem et frigus: aliter
ex frigore congelarent. Carent vino et oleo: et ne inebriarentur prin-
ceps terre prohibet ne medo aut liquor inebrians in aliqua domo
reperiatur sub priuatione vite: nisi bis aut ter in anno ex admisi-
ōne principis. Monetam habent argenteam puri argenti d̄singis
nominatam: maiorem et minorem: forme oblonge quadrangularē
non orbicularem non politam nec bene planatam. Estq; terra di-
nes argento et custodia vndiq; clausa: vt ne dum serui et captivi sed
et liberi indigene et aduene exire al; q; literis ducis nequeant et hec
hactenus. flumina in Moskouia sunt plurima: aliqua autē maiora
scitu digna enumerabo. Tanais nominatissimus fluvius a tharta-
ris et moskouitis Don nuncupatus: fontes et originem habet in
Moskouia prope in ducatu Rzexensi. Consurgit de terra plāna ste-
rilis limosa paludinosa et nemorosa: cumq; ad orientē solis proces-
sisset usq; ad metas Scithie et Thartarie: declinat ad meridiem et
peruenies ad paludes Meotides illichostia tenet et ingredituri est
tantus Tanais quantū dicerē triplatum. Tiberim post Romā in
mare Tirrenū decurrentē: aut quantū Danubium in duplo circa
Budam. Et doctrina astrologoz tenet: q; Tanais sit eius longitu-
dinis cuius et Nilus annus Egipci: puta circa sexaginta gradus
longitudinis: et sicut Nilus a meridiē ad mare Alexandrie descendit
sic Tanais a septentrione in Meotidas et mare Ponti defluit. Nec
piget repetere quod supra diri alia magna flumina et Moskouia es-
se orta videlicet Dzuina: Volha et Dinepr seu Boristenem. Et cum
Moskouia sit regio plāna non montosa: predicta flumina in di-
stantia nō valde longinquā a se inicem ex terra plāna nemorosa et

Liber secundus

paludinosa oriuntar. Maximusq; fluminū ille Volha in Thartarico dictus Edel: tendens in septentrionē procedit ducentis miliariis is usq; ad Cnisi Novigrod quod sonat inferius nonū castrū : et est in terra Moskouie: et illuc accurrit et ei piangit magnus fluminus ex media Moscouia procedes Deca cognominatus. Deinde octua gita miliariis germanicis Volha sub castrū Kosan quod dux moskouie possidet: tandem sub castrū Sarai quod thartari tenent fluit. Deinceps versus meridiē vigintiquinq; fluminibus tantis ut est Tiberis in Roma: et alijs multo maioribus influit in mare Euxinum. Accipiat itaq; R. P. tua et p̄tra oēs aduersantes tueat et dicat qđ prelibata flumina non de montibus: nec de radicibus montium: qm ibi montes sunt nulli oriuntur et fluunt. Accipiat secō qđ montes Hiperborei et Riphei de quibus emanasse illa flumina ab alijs quibus fabulose scripta sunt: nec in Moscouia neq; in alijs partibus septentrionis sunt: recteq; dicetur p̄fectos fore et nullosq; existere nisi forte in libro scripti aut picti et non in terra reperiri affirmare tur. Accipiat tertio qđ in dñō Moskor quēmadmodū et in terris Thurcor: hoies de loco in locū et de territorio in territoriū ad inscolendū transferunt: et alijs pro his cōmutatum mittunt et locantur. Accipiat quarto in Moscouia vna lingua et vni sermonē fore scilicet rutenici seu Slanouichi in omnibus satrapis et principatis suis: sic qđ etiā Ohalici et qui in Siatkha degūt ruteni sunt et rutenicum loquuntur: vnaq; sectā religionē instar grecor tenet: omnesq; wladice. i. episcopi qui plurimi sunt patriarche Constantino politano subsuntur et p̄firmationē ab ipso postulates obedientiam patiunt. Preter thartaros Kosanenses qui ducē Moskor recognoscentes Machometū vna cū Sarracenis venerantur et linguagī thartarorū loquunt. Etia preter alienigenas ad septentrionē in scithia cōmorantes qui sermone et linguis proprijs loquunt et idola colunt: put in seqn̄ti capitulo dicet. Accipiat quarto qđ post terrā viathka nuncupatā in scithia penetrando iacet magnū idolum (Zlota baba) qđ interstatū sonat: aurea anus seu vetula: qđ gētes vicine colunt et venerantur: nec alijs in primo gradie aut feras agitando et in venatiōe secundo vacuns et sine oblatū p̄transit: qnimo si munus nobile deest pellē aut saltē de veste extractū pilū in offertoriū idolo proijicit: et inclinando se cū reverētia pertransit.

CC Capitulū scđm de regionibus Scithie Perm Baskiro
Jubra et Lorela per ducē Moscouie subiungatis.



De sarmatia europiana

Ost Moskoniam sunt gentes et regiones inter septentrionem et orientem in fine asie septentrionalis que proprie Scithia dicitur: principi moskonie subiecte: per Yuan dumcē moskonie principaliter subingate scilicet Permia: Baskird: Ziremissa: Iuhra: Lorela. Permis monosil labū est: inde terra Permska bisillabe permiska pronunciando: et fuit regio idola colens: quā Yuan dux moskoz citra annos virginis baptisma percipere coegit: more rutenoz seu grecoz: et posuit eis wladicā. i.e. episcopū nomine Stephanū quē barbari post discessuz ducis viuu exco auerunt et necauerunt: reuersusqz dux afflixit eos et alii denuo presulē p̄stituit: sub quo tanqz noui christicole ruteno rum scismā et ritū profitentes permanent. Aliie vero regiones pre expresse in infidelitate et idolatria persistūt. Colunt solem lunā stellas bestias silvaz et quod eis occurrit: habent proprias linguagia et idiomata. In terra Permska propriū idioma: in terra Baskirorum propriū: in Iuhra propriū et in Lorela etiā propriū. In his regionibus non arant: non seminant: panes non habent: nec pecunias: feris silvaz que apud eos abundat vescuntur: et non nisi aquam bibunt. Morantur in densis silvis: in tugurijs ex virgultis factis. Et qz silue illas terras p̄tererūt hoies silvestres et ferinos efficerūt. Sunt velut bestie ratione non vtentes: vestimenta de lana non habent: pellibus teguntur nude et grosse: suentes varias pelles in simul: ex lupo ceruo vrso sabellis et scilicet et ceteris prout sors obtulerit. Et quia ipsis terre mineras non nouerūt: pro omagio duci Moskonie mineras non pendūt: sed pelles animalium silvestris quibus abundant: proximiores oceano septentrionis ut iubri et Loreli piscantur et capiunt balenas seu vitulos et canes marinos: quos ipsi vor volappellant: et ex eis parat redas bursas et kaletas arungia aut pro impinguatione seruant et vendunt. In Iuhra et corela sunt aliqui montes mediocres tumoris: non altissime elevatiōnis prout quidā putauerūt et scriperunt. Supra montes aut oceani qui mediocres sunt per totum septentrionē oceano adiacentes: scandunt ex mari pisces m̄rī nuncipati: denti fere supera montem continendo fricando et ascensum promouendo. Dumqz ad summī tatem montis peruenierint ad ulteriora gressum promouēdo: ad alterā partem montium volitando decidunt. Nos ille gentes colligendo dentes eoz satis magnos latos et albos pōdere grauissimos capiunt et Moskonitis pendunt atqz vendunt: moskonite vero his utuntur: ad Thartariā quoqz et Thuriā mittūt: ad parandū ma-

gij

Liber secundus

nubris gladioꝝ fratreꝝ et cistroꝝ: quoniam gravitate sui maioreꝝ
ac fortiorē impressionē impingūt et prebent impellentibus laborā-
tibus prestantibus et occidētibus. Et memineris qꝫ supra dixi: hāc
esse illā Juhram regionē Scithie: de qua egressi sunt Juhri: a po-
sterioribus bugui et hungari dicti: qui ad Gothiā ascendent: ve-
hementer multiplicati transierunt maxima flumina circa paludes
Meotidas: intraueruntqꝫ Pannionam: et secundo regressu eam
occupauerunt possederunt: et in hanc diem tenuerunt: suntqꝫ eiusdē
sermonis et loquela precise: nisi qꝫ addiderant nostri hungari ali-
qua vocabula ex Glauonio idionate: carū rerum que in Scithia
et Juhra non reperfuntur. Verum in Pannonia Juhri sunt christi
colein Juhra vero patres eorum idolatre: politioresqꝫ et cultiores
sunt Hungari in Pannonia: omnibus delicis pleni (quamvis in
toto ferocitatem nondum deposuerunt) quam Juhri septentriona-
lissimi in Juhra: qui in toto silvestres sunt bestiales et in frigidissi-
ma regione miserrime degentes. Insuper memineris in his regio-
nibus Scithie ad oceanū septentrionis: non esse magna flumina:
sed esse quādam rupes et montes mediocris molis et non excellen-
tissime celsitudinis inaccessibilesqꝫ: velut aliqui historici antiquo-
res protulerunt et scripserunt. Potius itaqꝫ secundum experienti-
am dixissent: de nemoribus et densis silvis eos eximisse: quam de in-
accessibilibus montibus.


Finis descriptionis utriusqꝫ Sarmatiae:
Mathie de Myechow: artium et
Medicinae doctoris.

Excusa Auguste Vindelicor. Anno virginis partus
AD. D. xviiij. die vero. iij. mensis Augusti.



XVI, 90

XVI, 90



Per
A. H. H.

